

703


Teol.

4597.

4598.

X. L. 83. a. b.

VI. a. 62.




502 - 503

CIMELIA

X. L. 83.  
50

Ordo sacrorum et Primitiae



STANISLAI  
ORICHOVII GEN-  
TE ROXOLANI, NATIO-  
NE VERO' POLONI, IN  
WARSZAVIENSI SYNO-  
DO PROVINCIAE POLO-  
NIAE PRO DIGNITA-  
TE SACERDO-  
TALI  
ORATIO.



CRACOVIAE

Anno Salutis humanæ,  
1561.



Com. O. 502-7

BIBLIOTE. UNIV.



JAGELLONICAE

S. O. R.

IN ORATIONEM PRO DI-  
gnitate Sacerdotali Warsauiæ, in Syno-  
do prouinciæ Poloniæ: habitam, ad BE-  
RARDVM BONIOANEM,  
Ciuem Romanum: & Camerini EPI-  
SCOPVM: ac Sedis Apostolica  
per Sarmatiam LEGA-  
TVM

PRÆFATIO.



RATIONEM PRO DI-  
gnitate Sacerdotali in  
Synodo Warszauien-  
si habitam, ad te mit-  
to: in qua Matrimonium cum  
Sacerdotio ita comparatur: vt  
neceffe sit, vt lancem in libra pō-  
deribus impositis deprimi: sic  
Matrimonium Sacerdotio cæ-  
dere. Hanc ego causam vt presit-  
dente te in Synodo agerem, cum  
multi mei, varijꝑ casus adegerūt  
me: tum autoritas tua, atq; vira-

PRÆFATIO.

tutum tuarum excellēs fama me  
 impulit: qua captus, ex Ruffia  
 quoq; Warfzauiam me contu-  
 leram, vt virtute fruerer tua.  
 Quæ, quanta in te fit: facilitate  
 atq; clementia id, quotidie tua de-  
 claratur. Nam qui te mirantur,  
 hanc habent Sedi APOftolicæ  
 gratiam: quòd aliquando in Sar-  
 matiam talem ad nos Legatum  
 miferit: cuius, neq; indulgentia,  
 in nos diffoluta, neq; grauitas  
 nobis efferet molefta: fed illa di-  
 gna homine Romano inefset in  
 te, permifta grauitate comitas.  
 Qua, & aures noftras teneres: &  
 animos noftros fpe rerum falu-  
 tarium caperes. Tum etiam illa  
 in tuis fummis laudibus feruntur:  
 te videlicet, non omnia pro fum-  
 mo iure nobifcum agere: fed cū-  
 cta ad

PRÆFATIO.

Et ad captum, salutemq; nostrā  
 conferre: neq; acri cauterio pos-  
 tius, quod nullo emolumēto fa-  
 ctitarunt aliī: quam salubri cola-  
 lyrio nos ægros curare velle.  
 Hac ego æquitatis, atq; clemen-  
 tiæ tuę fama impulsus, Warsza-  
 uiam, ad Synodum Prouinciæ  
 Polonię edictam, veniens: Ora-  
 tionem hanc habui: qua, magno  
 hominū, cuiusq; generis in con-  
 uentu, cum alijs Poloniæ regni  
 Episcopis: tum vero, vel inpris-  
 mis tibi, LEgato APOstolico,  
 submisse supplicauī: vt me ali-  
 quando, non solum herefeseos cri-  
 mine: sed etiam suspitione huius  
 nefarij criminis, liberares: neq;  
 me hominem sedi Apostolicæ  
 coniunctissimum, cum his ho-  
 minibus impijs congregares: qui  
 a 3 cum

PRÆFATIO.

cum sede Apostolica indictū bel-  
 lum gerunt: quibus cum, quā  
 assiduum atq; acerbum pro Se-  
 de Apostolica mihi sit bellum:  
 cum libri nostri per Poloniam  
 vulgati, tum etiam perpetue dis-  
 putationes nostræ, cum hæreticis  
 habitæ, passim testificantur.  
 Manet etiam nūc animus idem:  
 eo etiam spectant nostræ curæ:  
 vt omnes tam equi, quam iniqui  
 mei intelligant, me germanum  
 esse, ac semper fuisse Ecclesie Ca-  
 tholicę filium. Neq; vero ego ab  
 hoc proposito abducor hominū  
 potentium minis: neq; illorum  
 moueor gratia: quo minus Ro-  
 manę Ecclesie fidem meam præ-  
 stem: & illi operam fidelem, pro  
 mea virili parte, nauem: vt iam  
 minime decere videatur: pro tā-  
 tis me

PRÆFATIO.

tis meis erga sedem Apostolicā  
 meritis, me excōmunicatum ob-  
 hæresim à vobis videri. Quo sa-  
 nè falso vt aliquando leuer cri-  
 mine, maximam partem in te est  
 situm: qui et ex confelsione mea,  
 et ex testimonio sacerdotum pu-  
 blicorum Poloniæ regni, fidem  
 meam erga sedem Apostolicam  
 perspectam habes, atq; cognitā.  
 Et vt hoc cumulatius etiam fa-  
 cias, orationem ipsam ad te mita-  
 to, & in tuum illustre nomen il-  
 lam dico: quæ hoc argumento  
 est constituta. Cum constet Ma-  
 trimoniū atq; Sacerdotium du-  
 as res in vita sanctissimas atq; ho-  
 norificentissimas esse: id contro-  
 uersiam facit: num, videlicet, ex  
 alterutro horum, in alterum con-  
 meatus eundi, et redeundi perine-

PRÆFATIO.

de nobis detur, quàm ex Athe-  
nis (verbi gratia) Thebas: &  
Thebis, Athenas itus, ac reditus  
datur. Tum Sacerdotium ipsi  
Matrimonio quoto tan-  
dem præster gra-  
du?

Sed iam Orationem i-  
psam audia-  
mus.

STANI.

STANISLAI ORIO  
CHOVII GENTE ROXOLA  
NI, NATIONE VERO POLO  
NI, IN WARSZAVIENSE  
SYNODO PROVINCIAE PO  
LONIAE PRO DIGNITA  
TE SACERDOTALI  
ORATIO.



Vandoquidem,  
Pontifices, vosq;  
qui adestis coe  
teri, simplex ve  
ritatis sermo esse  
perhibetur: minime decere ar  
bitror, apud vos Antistites reli  
gionis, atq; veritatis, aliquo Rhe  
torum vti artificio: quo mihi ve  
stra benevolentia, ad me audiens  
dum comparetur. quod ibi ex  
vsu fit, vbi auditor verbis capi  
tur: non autem re ipsa ducitur.  
quæ in sapientium coetu, & in  
a § prudens

Oratio Stanislai Orichouii

prudentium consilio, quales vos  
estis: specie, ac vi sua mouet ani-  
mos, tametsi orator adest nullus.  
Quamobrē, cum intelligam vos  
huc religionis ac veritatis con-  
stabiliendæ causa conuenisse, om-  
ni arte dicendi intermissa, vno  
de longe abssum, pura oratione,  
sic agam vobiscum, vt minorem  
cum maioribus, vt filium cum  
patribus suis, agere par est. Id  
præfatus, paucis, quod veni elo-  
quar.

SI quis est, qui placere se stu-  
deat vobis omnibus: & minime  
vos, ordinemq; uestrum velit le-  
dere: in ijs ego nomen profiteor  
meum. Nulla spe præmiorū ves-  
trorum adductus: sed illo ora-  
culo impulsus: Qui vos audit,  
me au-

pro dignitate Sacerdotali.

me audit: Qui vos spernit, me spernit. Nam qui vos contem-  
nunt, ac negligunt, turbant eam  
pacem, quam filius ipse Dei Ec-  
clesiæ suæ hinc abiens reliquit.  
Et quoniam summo Philosopho  
teste, pax aliud non est, quàm  
tranquillitas ordinis: qui tur-  
bat hanc pacem, turbat Ecclē-  
siæ ordinem. Nec quemuis sanè,  
sed eum, qui gradibus distinctus  
atq; generibus deffinitus, priore  
ac posteriore maximè est illu-  
stris. quæ si in ordine non sunt:  
nulla potest esse minori, ad ma-  
iorem naturæ adiunctio: nihilq;  
restat amplius inter homines,  
quod regat pudor.

**EQVI**dem, cum eius ciui-  
tatis me ciuemq; esse gloriè, que  
sancta

Oratio Stanislai Orichouii

sancta est: quę Hierosolyma, hoc  
est, visio pacis est: quę non ẽ ter-  
ra oritur, sed alto cœlo demittit-  
tur, omnia, quę ad illud exem-  
plar, vnde ea ducitur: exprimẽ-  
dum faciunt, complecti debeo  
sanẽ fideliter. Nolo hanc ciuita-  
tem Babylonem esse, hoc est, sta-  
tum multitudinis imperitę, in  
qua non est consilium, non ra-  
tio: non discrimen, à qua facinus  
nũquam abest, neq; maleficium:  
Sed sit velim hæc ciuitas, regnũ  
illud cœleste: in quo multitudi-  
nis potestas omnis, vnus vi nus-  
tuq; tenetur. Deinde hæc ciuitas  
sit sancta: ob illius videlicet assis-  
duam præsentiam, qui solus sanctus  
sanctorum est. Deniq; ea-  
dem hæc sit pacata: quod huius  
ciuitatis circumcirca pax positi  
sunt si

pro dignitate Sacerdotali.  
sunt fines, id autem est, tranqui-  
lissimus ordo vester, quo hæc ci-  
uitas circumclusa, in vno ordi-  
nis vestri Principe Romano Pe-  
tro, vnitatis sacramento ideo est  
consecrata: vt inde, tanquam à  
fonte quodam perhenni: per A-  
postolos, Prophetas, Euangeli-  
stas, Pastores atq; Doctores, mi-  
nisterium vestrum ordine deri-  
uetur: ad consumationem san-  
ctorum, in opus ministerij, in  
ædificationem corporis Christi,  
quod non est aliud, quam Eccle-  
sia Dei viui: columna, & firma-  
mentum veritatis.

**Q**V A propter, vt conciuẽ  
vestrum decet: in conspectum  
vestrum supplex prodeo. Vos  
ego huius ciuitatis veros magi-  
stratus,

Oratio Stanislai Orichouff

Stratus, pro vestra rata parte agnosco: vos in partem sollicitudinis eius administrandæ à Petro Romano vocatos veneror: vos præsides religionis esse illos in hac ciuitate confiteor: quorū labia custodiunt scientiam: & de quorum ore Septemtrio hic legem Dei requirit. Vos enim estis in Sarmatia Leuiticum genus illud: quibus cum iudicium lepræ, Romani Petri clauibus, est communicatum. tanta quidem autoritate, vt in Deuteronomio, hoc est in secunda lege, quæ lex Euangelica est: vite pœna iudicium vestrum fuerit sancitum. Vos ergo, ô Leuite Christi veri, huc quæso animos aduertite: & me ad pedes vestros iacentem aspiciate, ecquid lepræ eius in

pro dignitate Sacerdotali.  
eius in me sit: ob quam damnatus,  
& exul, omnibus populi  
CHRISTIANI commodis tamdiu  
careo.

**CAV**sa mali tanti vxor duc-  
ta esse dicitur: quam ego duxi  
se me fateor, virginem nobilem:  
à parentibus mihi traditam spō-  
sam: ac liberaliter dotatam: & à  
Paranympis in domo paterna  
collocatam, solenni nuptiarum  
ritu. decimus hic annus est à nu-  
ptijs illis, tota Polonia sermone  
omnium celebratissimis.

**SED** hoc loco dixerit for-  
tasse quispiam: parum ne tandē  
id tibi valet ad lepram? an hoc  
peccatum animaduertendum in  
te non fuit? Ego vero Pontifi-  
ces, vt

Oratio Stanislai Orichouii

ces, vt leprę, ita peccatorũ quoq̃  
gradus distinctos esse arbitror:  
quorum nullum est, quod non  
sit animaduertendum. Aliter es  
nim peccatum: nisi puniretur,  
non esset. Sed tamen ille idem  
Moses, qui gradibus peccata di  
stinguit: pro delicti modo, præ  
scribit & plagarum modum.  
Nam in iudicio leprę, parte ex  
aliqua leprosum, extra castra pel  
lit: contra vero, idem, funditus  
leprosum, in castra recipit. Cum  
hoc, commercium: cum illo, ne  
conspectum quidem, vult esse  
nobis liberum. In peccatis quoq̃  
expiandis: permagnũ apud Mo  
sen est discrimen. Alia enim pec  
cata apud hũc, thure, odoribusq̃  
incensis, oleo insuper addito, in  
victimas expiantur. Alia vero,  
nullis

pro dignitate Sacerdotali.

nullis suffimentis, absq; oleo, ab eodem procurantur. Quid itaq; quia non parum interest, ex animo quid, & de industria pecces: an errore, et inscitia. Quare cum peccatur consulto, scelus fit detestabile: nullis suffimentis procurandum: neq; oleo expiandum. Quod modi istius sceleris odor, deo primum ipsi existat teterissimus: deinde quod enecat conscientiam peccantis, dignum non est: quod oleo laticie hylaretur. At illa quæ errore, & inscitia fiunt: thure, atq; oleo expiabat Moses. Nam hæc licet sint flagitia & ipsa, non tamen sunt eiusmodi, quæ Deum à peccate funditus alienent: & quæ ipsum delinquentem desperatione frangant.

b

Ad hoc

Oratio Stanislai Orichouii

**AD** hoc peccatorum discrimen, tanquam ad normam certam, peccatum meum à me exigatis velim: quin immo, ex hac corona doctissimorum virorū, qui vos circumstant, prodeat in medium qui vult: ac mecum, vobis disceptatoribus, de meo peccato agat hoc in loco familiariter. Si enim quis horum à me quærat, num vxorem sacerdos duxerim? duxisse me fatebor. peccasti igitur? peccaui. poenas ergo peccati debes? debui, et persolui: factumq; hoc meum thure, atq; oleo expiaui. quid ita? quia Matrimonium, & sacerdotium vt sacramenta sunt: ita pariter esse credidi. Nec minus ex alterutro, in alterum commeatum eundi, & redeundi dari, quam ex Atheis

40

pro dignitate Sacerdotali.  
ex Athenis, verbi gratia, The-  
bas: & Thebis, Athenas itus, ac  
reditus datur. Et quoniam hoc  
prauo sensu confunduntur sacra-  
menta, vt alio loco apparebit: in  
deo hic flagitiosus error, plenus  
inscitia, & ignorantia, notatione  
atq; animaduersione censoria di-  
gnus fuit. Cui tamen nihilomi-  
nus expiatio thuris, atq; olei, hoc  
est, misericordiae, atq; laticie de-  
berentur signa, neq; enim à su-  
perbia, atq; arrogantia nascitur  
delictum hoc: cui misericordia  
nulla debetur: sed ab humano er-  
rore, et inscitia totum proficisci-  
tur: quam, apud sapientes iudic-  
es, facile consequitur venia, atq;  
misericordia.

**SED** locus postulat, vt me  
b 2 vobis

Oratio Stanislai Orichouii

vobis totum iam indicem: et qui  
dudum fuerim, ostendam. Au  
dite ergo Pontifices, & causam  
huius erroris mei, vnde nata sit,  
breuiter cognoscite. Confiteor  
in præsentia, me, extrema pueri  
cia Wittembergam à patre tra  
ditum fuisse in M. Lutheri disci  
plinam: in cuius etiam ludo ado  
leueram: & vnde cupidissime  
hauseram ea, quæ ad perturba  
tionem rationis, atq; ordinis Ec  
clesiastici planus ille tradebat.  
Quorum illud fuit præcipuum:  
sacramenta paria esse: nec plura  
duobus esse. Reliqua vero quæ  
haberentur quinque, partim esse  
ementita, & res nullius vsus: vt  
sunt, Pœnitentia, Confirmatio,  
atq; Vnctio. partim vero eorū  
esse statum quendam vitæ libe  
rum,

pro dignitate Sacerdotali.

rum, vt est Matrimonium. Partim autē populare munus quoddam esse, vt est Sacerdotium: quod in Ecclesia non caractere aliquo intimo: sed plebeio suffragio haberetur insigne: Quod quoniam totum opinione constaret populari, causa non esset, cur æque sacerdoti non daretur vxor, vt datur plebi. Hæc ego puer audiens, & vera ne, an falsa essent nondum per ætatem discernens, autoribus callidissimis inductus, arripui: atq; cum his sententijs pariter adoleui: Neq; solum disputandi causa: sed etiã ita viuendi. Porro ad hanc sententiam probãdam, multum adiuuabat adolescentia: cui ætati, præter voluptates, blandissimas dominas, nihil æque quicq; dulce est.

Oratio Stanislai Orichouii  
ce est. Itaq; æstu illo ætatis abreptus, & illis sententijs Lutheri captus: vxorem duxi. flocci illud faciens: quod sacerdotem prius fueram professus. Cuius officium, atq; munus, instituto Lutheri, non plus ponderis apud me habebat: quàm habent horum quotidianorum magistratuum officia, atq; munera. Quo etiam erat factum: vt illud sacerdotij munus *ἀντοχεδίασην*, quod Græci dicunt: ac plane ludibundus de manibus alieni Episcopi, absq; autoritate Diocæsani mei, vt instanti fatisfecerem patri, acceperim: renunciatusq; sacerdos ita fuerim, vt Stanislaus Tharlo, Episcopus tum meus, eam renunciationem ratam non haberet: nec me inter sacerdotes publicos  
Dico

pro dignitate Sacerdotali.

Dioecæsis suæ propterea cense-  
ret. Nihil fingo: rem ipsam dico  
Pontifices. Nouit enim is, quem  
hic coram adesse video, vir bo-  
nus, fortis, & experiens Canonica-  
cus, Ioannes Bielecius, qui cons-  
trouersiaë illi nostræ non solum  
interfuit: verumetiã iudex quo-  
dam modo præfuit. Neq; vero  
ego me illo pœnitendo modo  
sacerdotio implicari passus vn-  
quam fuisset: nisi illud munus  
commune, ac vulgare esse existi-  
massem, quod persequè cum ma-  
ritis, vt cum alijs posset commu-  
nicari. Causam erroris audiui-  
stis: nunc huius errati agnitio-  
nem audiatis.

**NAM** postquam deferbu-  
it ætas: animusq; quasi ex ma-  
b 4 gna

Oratio Stanislai Orichouii

gna iactatione maris, sic ex illo  
æstu libidinis in tranquillum se  
aliquando recepisset, cæpi ad sin-  
gula Lutheri attendere. Deinde  
cum Ecclesia rediēs in gratiam,  
illam adhibere in consilium: il-  
lam audire: illi obtemperare in-  
stiti. Postremo, Lutherum ipsū,  
quasi ad perpendiculum ipsius  
Ecclesiæ, totum exegi. Quid  
multis opus est? cum rationes  
Lutheri, ex rationibus Ecclesiæ  
spectarem: deprehendo eius esse  
omnia turbulenta, temeraria, &  
periculosa: qui confundit vera,  
cum falsis. Postremo, qui ita con-  
fusus est, et perturbatus: nihil vt  
sit in eius rationibus primum:  
nihil vt secundum. Atqui, speciem  
quidem, atq; pompam veri  
interdum habet Lutherus, ma-  
gnificā:

pro dignitate Sacerdotali,  
gnificam: sed idem tamen volū-  
tatem, & causam semper habet  
impudentissimam. Et vt hoc ita  
esse aperte cognoscatur: quod de  
Matrimonio, & Sacerdotio ille  
sensit, opere precium fuerit pau-  
cis cognoscere.

**PR**Oponerebat pueris nobis  
circumscriptor ille imperitorū:  
et pestis perditorum hominum,  
effatum illud. Quęcunq; vno, &  
eodem verbo Dei generantur,  
tanquam paria inter se, eodem  
verbo quoq; Dei sanctificantur:  
atq; ad hominum vsum pereque  
accomodantur. At cum Matrimo-  
nium, atq; Sacerdotium, pro  
ratione ortus sui, eiusdem modi  
sunt: ita fas est sacerdoti fieri ma-  
ritum, vt marito sacerdotem fi-

Oratio Stanislai Orichouii

eri fas est. Atqui hæc est illa ratio atq; conclusio Lutheri, quæ me ex sacerdote coniugem, ex cœlibe autem fecit patrem: quæ etiam has hæreses omnes, quas patimur, & quibus premimur, in Polonia ex iurgio nostro, ne quid dicã grauius peperit. Nam cum IOANNES Episcopus, qui Tarloni successit, & qui nuper est mortuus: ereptum mihi vxorem veniret: scitis, meminisse enim vos arbitror: quas pugnas, atq; turbas, cum alibi, tum vero Pietricouic Comicijs pnblicè ediderimus vtrinq;. O acerbam mihi Pontifices memoriam temporis illius. Etenim, quid tum egerim: & quorum malorum caput, atq; causa fuerim: nunc demum intelligo, Sed quoniã præterita

pro dignitate Sacerdotali.

terita reprehendi possunt: cor-  
rigi non possunt: preteribo hūc,  
tanquam aduersum vitæ scopu-  
lum: & ad Lutherum me refe-  
ram. Cuius si rectis oculis sentē-  
tias inspicias: & fucū illum ver-  
borum, quem is facit populo, de  
illius sentencijs demas: depre-  
hen- des facile falsum esse illud, quod  
nequam ille pugnat: Matrimo-  
nium, vide licet, atq; Sacerdotiū,  
quod ex eodem Dei verbo exi-  
stunt, tanquam paria, commisce-  
ri inter se: atq; confundi posse.  
Quamuis enim sacramenta, pro  
ratione eiusdem verbi, genere ip-  
so, paria sunt inter se: ipso ta-  
men alia, ab alijs plurimum di-  
stant gradu. Semen enim illud,  
quod est verbum Dei, satum in  
terram, non pari vbertate suos  
effusa

Oratio Stanislai Orichouii

effundit fructus. Nam eius seminis, alius est fructus centesimus: alius sexagesimus: alius vero trigesimus. Porro in hoc trigesimo eius seminis fructu: Matrimonium locari veteres arbitrantur Patres. Quare, ex trigesimo fructu infimo (neque enim tribus inferior numerus alter est) in centesimum fructum, qui decimi numeri, utique quadrati, decies ducti, summa est: proficisci iusque, fasque est. At cum in hoc processissimo numero sacerdotij consistit amplitudo, ut centesimus fructus, trigesimo comprehendi nequit: ita sacerdotium Matrimonio non comprehenditur: Neque ex sacerdotio in matrimonium datur reditus: neque ex sacerdotij ascensu, in matrimonij descensu

pro dignitate Sacerdotali.  
descensum vlla ducit via. Ac fi-  
eri quidem potest, vt maritis ad  
sacerdocij honorem pateat adiu-  
tus: vt etiam nunc cuncto in or-  
iente patet. Nihil enim vetat ex-  
imo ad summum proficisci: &  
infima in summis includi. Con-  
tra verò si fiat, id tanquam præ-  
posterum, atq; peruersum abro-  
gatione sacerdocij corrigitur in  
delinquente. In hanc rem, testes  
sunt patres Constantinopolita-  
ni Consilij, Ca: vi, xij, xxi. Neo-  
cæsariensium. Dis: xxiiij. ca: pres-  
byter. Datur enim à patribus  
cuiq; potestas, atq; optio, poena  
legibus persoluta, vt eligat vtrū  
velit.

**QV**Are, erras Lutere: &  
hæc omnia, quæ asseueras, igno-  
ras: ras

Oratio Stanislai Orichouit

ras: rationes enim, atq; numeros  
Ecclesiæ Dei confundis: & cœ-  
lum terræ, quod dicitur, misces:  
dum infima, summis paria facis:  
& grandia quæq; minutis in re-  
bus includis. Neq; te iam illæ  
sententiæ iuuant: quas tu tanquã  
ex armamentario Ecclesiastico,  
ad tuum constabiliendum erro-  
rem, contra nos proponis. Qui  
vxorem ducit, non peccat: Me-  
lius est nubere, quam vri: Vnus  
quisq; vxorem suam habeat: De-  
niq; illud: Honorabile connu-  
bium in omnibus, & Thorus  
immaculatus: Fornicatures autē  
et adulteros iudicabit Deus.  
Hæc enim vera sunt omnia: neq;  
de illis ambigēdum amplius est:  
quæ semel sanxit APOStolica  
vox. Sed num id nobis contro-  
uersiam

pro dignitate Sacerdotali.

uerſiam facit? aut in diſceptationem id venit? vtrum, videlicet, Matrimonium, ſtatus vite honeſtus ſit, tã naturæ legibus, quam moribus gentium, inſtitutiſq; conſeſſus? vt tibi iam cum Tatio hæretico, non nobiſcum hæc eſſe videatur: qui, quod Matrimonium peccati loco duxit, ipſius orbis terræ ſententijs omnibus eſt condemnatus. Quare, damus hoc tibi, & concedimus Luthere, honorabile, videlicet, connubium æquè eſſe, vt eſt Sacerdotiũ in Eccleſia ſancta Dei. At, ſi recte attendiſ: non de ſtatu vitæ aliquo, qui vt in Matrimonio, ita in Sacerdotio quoq; integer, & in nullo diminutus eſt: Sed de conuerſione ipſius ſtatus nobiſ tecum in præſentia quæſtio

Oratio Stanislai Orichouii

quæstio est. Cum enim constet  
Matrimonium, & Sacerdotium  
duas res in vita sanctissimas, &  
honorificentissimas esse: de eo  
nascitur inter nos quæstio: Num  
ex Sacerdotio ad Matrimonium  
perinde detur reditus: vt ex Ma  
trimonio in Sacerdotium datur  
ascensus. Nam, & apud Græcos,  
mariti, & apud Latinos, vidui:  
Sacerdotes creantur. Contra ve  
ro Sacerdotes apud eosdem, sine  
pœna, nunquam maritantur.

AC fuerat quidem, Pontifex  
sanctissimo sacerdotio præ  
ditus Lutherus ipse quoque: vt au  
tem is ex sacerdotio ad hæc ima,  
libidine præceps, delapsus fuerit:  
argumento nobis est ipsius con  
tumacia, quod is sacerdotum pri  
mus ita

pro dignitate Sacerdotali.

mus ita vxorem duxerat: vt sacerdotio nihilominus fungeretur. à quo illum post initum matrimonium, omnes humane, atq; diuinæ remouebant leges: vt aperte extat in Decretis præscriptū. Dis: xxiiij. ca: cum de quorundam: Et Dis: 21, ca: Episcopos. Nolo turba Canonum citanda vobis molestus esse: perspicuum enim est, conuersiōem talem vitæ, Canonis Ecclesiastico vehementer esse aduersam. Nam, si vetera etiam memoria repetamus, ne antiquitas quidē illa Mosaica ex Sacerdotio aliquem maritum factum vnquam vidit. Nam, & Moses iam maritus, Ietriq; gener in Ægyptum ad liberandum Israhel Sacerdos missus fuit. Et Aaron, atq; filij eius

c ius ex

Moyse

Luce

Oratio Stanislai Orichouii  
ius ex Matrimonio in Sacerdotium venerunt. Ita antiquitus maritum ad Sacerdotium fas fuit progredi: sed regredi Sacerdotem ad Matrimonium nullo modo, sacerdotio ipsius saluo: quod est vestigio is amittebat: qui inde ad vxorem redibat. quod etiam nunc diligentissime cuncto in oriente obseruatur: vbi sacerdos amissa vxore prima, non ducit secundam: aliter enim sacerdos ille non est.

**SED**, vt meum aliquando negocium agam: sciebam equidem mihi licitum fuisse, ante sacerdotium vxorem ducere: sed post sacerdotium initum idem mihi non licuisse, nunc demum intelligo: sacerdotio meo saluo.  
Non

pro dignitate Sacerdotali.

Non quo Matrimonium poenitenda res esset:quam sancitā esse mortalibus lege naturæ, & communi iure gentium intelligo. Sed quoniam, omnis melioris vitę, in deteriores conuersio, viciosa est: summo cum probro, & cum hominum offensione coniuncta: ideo abrogatione sacerdotij, quasi diminutione capitis quadam, maritus plectitur Sacerdos: ac laica communione, vt vocant, ex amplissimo dignitatis gradu, in ordinem redigitur. Ac merito quidem: si enim viduus, quę in sexagesimi fructus gradu ponimus: flagitium committere putatur, Bigamusq; Greco & inuidioso verbo appellatur: & ad poenitentiam propterea redigitur: quod is ad vxorē,

c 2      quę

Oratio Stanislai Orichouii

quæ in trigelimi fructus gradu  
consistit: redijt, sacerdote quid  
fiet? qui ex centesimo vitæ beas  
tæ fructu delapsus, infra viduos  
omnes homines in postremo vi  
tæ hæsit gradu: vxorem inde dū  
petit sibi. Quo in vitæ gradu in  
fimo, terrenis ille sese obliniuit  
moribus: ac voluptatum inso  
lens, quid vxor, quid liberi, que  
ue præmia Veneris essent nosse  
concupiuit. ob quas res partem  
illam optimam, in Magdalena  
laudatam, communicauit cum  
Marthæ parte curarum, ac solli  
citudinum plena: & in eadem  
Martha à Domino reprehensa.  
vt in hac vitæ conuersione, pro  
mancipio sese alligaret vltro mu  
liebri et delicato corpori, in quo  
vitā uiueret more arbitrioq; ali  
eno, Sed

pro dignitate Sacerdotali.

**SED** hic nobis occurritur,  
et quidem à nostris. Tu vxorē,  
tu liberos, tu domum, tu familiā  
am dignas res nō putas esse, quæ  
à sacerdote curentur? quid au-  
tem respondebis Apostolo Pau-  
lo, qui ad episcopatum eum sibi  
dari postulat, suæ qui bene præ-  
sit domui? Gangrenē etiam vetus  
tissimi Concilij decretum, ex-  
cratationibus publicis, sancit cu-  
ram suorum. Sed hoc crimen re-  
fellit res ipsa: neq; enim id nunc  
quæritur, num bono, videlicet  
patri, aliquando deserendi sint  
vxor, liberi, domus, familia.  
Perspicuum enim est: quam non  
sit boni officium patris hæc des-  
serere: quorum causa munus ip-  
sum paternum est cōstitutum.  
hoc enim cum in plebeio quoq;  
c 3 est culā

Oratio Stanislai Orichouii

est culpandum, tum in eo maxime reprehendendum: qui more institutoq; vetusto, ex matrimonio in sacerdocium facit gradū. Sed nos hoc loco quærimus, sit ne sacerdotis hæc aliena curare: et in alieno negotio negociosū esse: qui in Euangelium segregatus esse dicitur, a rebus utiq; omnibus Euangelium interpellantibus. Porro quid tam interpellat Euangelicum munus, quam vxor: quam liberi: ob quas res idem Paulus diuisum esse maritum scribit, quod eius omnis stet cura in vxore, ac liberis tuendis. quæ deserere æquè scelus est patri vt patriam prodere. Sed tamen id viderit ipse pater, præpositus coniugio: non sacerdos, præpositus Euangelio, qui aliquid nisi

pro dignitate Sacerdotali.

Id nihil nosse debet, nisi legem  
Dei: nil eorum omnium curās,  
quæ retro, atq; à tergo fiunt.  
Quare, si de officijs, atq; muneribus  
vitæ quærimus: ita vxorem,  
et familiam referemus ad paren-  
tem: vt doctrinam Euangelicam  
ad sacerdotem referimus, & vt  
pœnam desertori familiæ execra-  
tionem irrogabimus vitæ: ita des-  
ertori doctrine Euangelicæ, ab-  
rogationem sacerdotij irrogabi-  
mus: quod necessario sacerdos  
intermittit: dum in alieno nego-  
cio curiosus, maritali munere  
par: angusto, suum amplissimū  
sacerdotale extenuat munus.

SED pro vestri officij di-  
gnitate atq; gloria, quoniam is  
est exorsus orationis meæ: vides

Oratio Stanislai Orichouii

te quantum tandem munus ego  
vxore commutarim imprudēs ?  
Quo in munere omnis potestas  
Dei opt: max: aut translata est  
ad vos: aut communicata vobis  
scum. quæ omnium diuinarum  
atq; humanarum rerum apicem  
vobis in Romano Petro impos  
fuit: vt hoc principe ex vobis  
pendeant, & ad vos redeant vni  
uersa. Itaq; nihil est ordine ves  
stro maius, neq; præstabilius,  
neq; salutaris: in quo positi, dñ  
quidam, non autē homines mor  
tales viuūtis, versaminiq; vobis  
scum. quid enim tam proxime  
ad Deum accedit: quam homi  
nibus mortuis non solum uitam  
in Baptismo: sed etiam ipsam di  
uinitatem dari: vt quos modo  
irē filios uidemus esse generatos:  
eos in

pro dignitate Sacerdotali.

eos ipsos mox filios gratiæ de integro à vobis habeamus recreatos. Iam quid est sanctius, aut antiquius? quàm homines aptissimo matrimonij vinculo astringi? vt cognationibus, & affinitatibus alligatum à vobis humanum genus, ac pecudum ritu liberatum: quàm maxime vnum fiat. Quid porro est tam potens, tamq̃ magnificum? quàm hominibus ad vestrum nutum cœlum patere, & ad renutum eisdem infernum hiare? Quid tam liberale, tamq̃ munificum? quàm sanguine, & corpore Christi Dei nostri vobis administris nos saturos fieri? vt corpus, ac mens nostra saturata illis epulis, Deum intus habitantem totum possideat. Deniq̃ quid tam regium,

c 5      quam

Oratio Stanislai Orichouii

quam fidem dare CHRISTŪ professis: eamq; fixam, atq; ratam in ijs facere. Postremo, quid tam necessarium est: quam spem vitę morituris tum facere, quando bona spes cum omnium rerum desperatione confligit: atq; eius spei signaculo olei, se vadem apud moriturum interponere: Quamobrem, recte à Dauide rege soli Dñi appellati estis: qui vitam nouam nobis affertis: pudorem, pudicitiamq; præstatis: afflictos excitatis: fidem firmatis: datis salutem: à Sathana liberatis: & hinc nos in cœlitum numerum humeris propemodum vestris transfertis. Merito igitur vos inter homines vim, & numen Deorum tenetis: Merito etiam numen vestrum æquę nobis

pro dignitate Sacerdotali.

nobis graue, & sanctum, ac Deo-  
rum immortalium esse debet,  
quandoquidē diuinum numen,  
nisi uestris precibus, ac sacrificijs  
votisq; solennibus, neq; placari,  
neq; conciliari nobis alit̄ potest.

**Q**Vorum nos in sinum gra-  
uissimis casibus afflicti, ac magna  
tempestate iactati, confugimus.  
Apertē enim videmus: sine vo-  
bis, nullam vitam hominum esse  
posse. nusquam salutis spes: nus-  
quam etiam citra vos locus con-  
sistendi, cuiquam datur tutus. nā  
non est vllus, vlli, mediū locus:  
vt possit esse, nisi cum diabolo:  
qui non est cum Christo: in cui-  
us Christi regno uos administri  
estis illi, & satellites, qui dissipa-  
ta congregatis: diuisa copulatis:  
confu-

Oratio Stanislai Orichouit

confusa vero ordinatis. Cuius  
igitur nos in hac conuersione vi  
tæ, aut opibus vtemur, aut au  
toritate nitentur, potius, quam  
vestra? qui in cuncto Christi  
imperio soli estis reges illi regū,  
qui non hominibus tantum: sed  
dñs etiam ipsis præsidetis: quos  
omnes vestre potestati, vestroq;  
iudicio Deus subiecit. Hic ergo  
hærebo Pontifices: & in vestro  
sinu habitabo: nemo me auellet  
à vobis: nemo me vobis præri  
piet: frustra exitum huius iudi  
cij, hostes expectant vestri. &  
salua, & perdita re in vestro cō  
plexu permanebo. vt cum fors  
mea sacerdotem me ordine ves  
tro deñciat, pietas tamen mari  
tum me in fide vestra retineat.  
vt ita, si non magistratus: at pri  
uatus

pro dignitate Sacerdotali.  
uatus certe quidem subiectus vo  
bis, conciuis sim vester, vestri re  
gni particeps.

**Q**uod regnum, ob admira  
bilem excellentiam virtutum in  
credibilium, solum omnium se  
culorum regnum est, vt Psaltes  
ille coelestis cantat: & filiaē re  
gum, id autem est, Ecclesiae Epi  
scoporum: altisona voce, & va  
na mente pie, ac vere profiten  
tur. Quod enim regnum praeter  
vestrum perpetuari quisquam  
contendat: vbi Assyriorum re  
gnum illud aureum: vbi Persar  
um argenteum: vbi Graecorum  
aereum: vbi postremo Roma  
norum regnum illud ferreum  
nunc est: cum vestigio euanes  
cunt omnia regna haec: ita vt ni  
si Da

Oratio Stanislai Orichouii

si Danielelem legeremus, qui hæc  
ita distinguit: & libros Græcos,  
et Latinos haberemus, qui hæc  
posteris produnt: ne fuisse quis  
dem in rerum natura aliquando  
illa regna sciremus. omnia enim  
calamitas afflixit, dispulit, dele-  
uit. At regnum vestrum nullis  
temporibus mutatur: neq; tem-  
pestatibus obruitur: neq; pro-  
cellis extinguitur. Sed tum de-  
mum cum vexatur, crescit: cum  
iactatur, quiescit: cum opprimi-  
tur, surgit: cum in tenebris est,  
lucet: cum pellitur loco, manet  
tamen, atq; heret in patria: splen-  
detq; per se se: nec mundanis ca-  
lamitatibus vnquam obsolescit.  
Redundet licet Tyberis, ac septē  
arces illas obruat: nunquam ta-  
men is regnum, ordinis vestri  
princia

pro dignitate Sacerdotali,

principis, Petri, in illis conualia  
bus vrbis Romæ positis, fluctu  
obruet suo. semper eius regni se  
des extabit, atq; eminebit: tametsi  
illa montium impendentium al  
titude, Tyberinis conuulsa flu  
ctibus resederit: atq; aquis obru  
ta fuerit vniuersa. Iam illæ, hu  
ius principis sedis, reliquæ tres  
administræ, atq; comites, quas  
Patriarchales sedes appellamus:  
semper hanc primam sedem res  
picient: semper stabunt incolu  
mes: æternumq; cum hac prima  
sede manebunt, vel Pontus effer  
uescat in Asiam: Nilus etiam in  
Ægyptum erumpat: Deniq; su  
perum, atq; inferum mare Oron  
tem obruat. nunquã tamen Con  
stantinopolis: nunquam Alexan  
dria: nunquam Antiochia desin  
net esse

Oratio Stanislai Orichouii

net esse Petri ex sedibus vna. in  
his enim sedibus, vniuersum Pe-  
tri regnum ponitur & explica-  
tur. tanta quidem perpetuitate,  
atq; constantia: vt facilius solem  
hunc è mundo eximas: quàm v-  
nam aliquam sedem harum qua-  
tuor, ex regno Petri euellas. Po-  
terant Gotti, Longobardi, Van-  
dali, domicilium summi imperij  
ex vrbe Roma exterminare fun-  
ditus: sedem tamen Petri inde  
exterminare non poterant. Po-  
terat Machometus Græcis, Sol-  
danus etiam Alexandrinis, atq;  
Antiochenis eripere imperium:  
Petro tamen suam sedem inibi  
eripere non poterat. Ita soli Pe-  
tro, in hac rerum omnium vni-  
uersitate, imperium sine fine da-  
tum est. vt solus præter cæteros  
mortales

pro dignitate Sacerdotali.

mortales reges Petrus, amittendo  
di regni sui metus omnes, & inexorabile fatum, subiecerit pedibus: strepituq; Acherontis avari, continenter secum belligerantis. Ac merito quidem: in hoc enim PEtri regno sedem illam David Deus collocavit, ex qua regnare vult Christum suum in omni æternitate. Quæ utiq; sedes sacerdotium vestrum est: unde tanquam ex specula, Christus sol ille verus: profert lucem gentibus, ac lumen vitæ porrigit, atq; tendit.

**H**anc lucem qui ab hac sede non capiunt: aut huic sedi non seruiunt, cæci sunt: nec ciuitates suas, nec rationes vnquam retinebunt. fundamentum enim ciuitatū

Oratio Stanislai Orichouii

uitatum est lux illa vitæ religio:  
quæ Dei pio cultu continetur:  
et quæ nusquam alibi, quam pe-  
nes Petri sedem integra, casta<sup>q</sup>  
seruatur: quam qui soluit, iusti-  
ciæ quoq; nullum locum relin-  
quit: qua stant cœtus, hominū<sup>q</sup>  
conuentus: quos disturbari, atq;  
dissipari necesse est, Petri sede  
violata. Testis est Græcia, quæ  
dum contra sedem hanc appetit  
principatum: duram seruitutem  
tetram<sup>q</sup> seruit. Testis est Bohe-  
mia, quæ Ioannem Husium ad-  
uersus hanc sedem sequuta ducē,  
quicquid ornamentorum veter-  
ris dignitatis habuit, amisit: Tes-  
tis est Anglia, quæ hereticorum  
incitata furoribus, dum Petri se-  
dem è regno euellit suo: radicem  
quoq; ac stirpem regum suorū  
inde

pro dignitate Sacerdotali.

inde euulsit. Testis est Dania;  
quæ eodem motu, quo Petrum,  
reges quoq; suos afflixit. Testis  
est illa potens armis, virisq; Ger-  
mania: quæ M. Luteri seditiõib; q;  
agitata, quæ mala non vidit: quæ  
bella non sensit: quæ ornamen-  
ta ex suis vrbibus, sedibus, delu-  
bris non amisit: dum fuso, fugas-  
toq; Petro, ipsum postremo Ca-  
rolum Cæsarem petit armata.  
Testes vero iam sunt omnes par-  
tes terrarum, atq; oræ vltimæ: a  
quibus violatæ fidei poenæ, par-  
tim morte præsentis: partim ser-  
uitute, Romano Petro sunt per-  
solutæ.

**AT** qui, hæc rerum publicarū  
detrimenta, iuste religionis detri-  
mentum consequuntur. Si e-

d 2            nim

Oratio Stanislai Orichouii

pax

nim pax illa vera, sine qua nulli  
hominum durant coetus, solis sa-  
cerdotibus, coena in suprema, il-  
lis verbis. Pacem meam do vo-  
bis: pacem meam relinquo vo-  
bis, est attributa. qui dissident  
a vobis, pace carent: quæ nisi a  
sacerdotibus aliunde neq; peti,  
neq; sumi potest. quæ tamen pax  
a vobis profecta non requiescit,  
vt apud Lucam est: nisi super pa-  
cis filios. qui si nulli sunt, pax ve-  
stra tamen non perit: sed eodem  
vestigio, quo venerat, ad vos re-  
uertitur tota, tanquam amplissi-  
ma possessio quedam, vestrae pe-  
cuniæ. Et quoniam hanc saluta-  
rem pacem, Rex illæ pacis, ves-  
tram pacem appellat: idem qui  
vestri, pacis quoq; huius hostes  
sint necesse est, vt non prius bel-  
lum vos

pro dignitate Sacerdotali.

lum vobis faciant, quàm pacem  
vestram contemnant: qua priua  
ti, neq; cum alijs, neq; ipsi inter  
se coniuncti sunt vlla fideli gra  
tia. quos propterea agitant, &  
infectantur, tam exteriora, quam  
interiora hæc vicia: inimicitia,  
simultas, odium, dissidium, sedis  
tio, bellum. e quibus existunt:  
primo rerum publicarum con  
uersiones, deinde Tyrannis: pos  
tremo seruitus, extremum & vl  
timum malum malorum omnia  
um. Qui ergo saluam Rempub:  
suam esse volet: pacem à vobis  
petet, vos colet, vos venerabitur:  
ac vos deorum immortalium  
habebit loco: vt eius pacis sit com  
pos, quæ ex ordine vestro ab il  
lo manat capite, cui soli salutaris  
illa, & cœlestis vox, Pasce, inton  
d 3 nuit:

Oratio Stanislai Orichouii

luit: vt idem, qui ordinis vestri,  
pacis quoq; communis autor,  
atq; conseruator esset: in cuius  
gremio mortales positi, viuant  
pacati: & vna fide, atq; Deo tenētur  
omnes astricti, quem quī  
spernunt, ac negligunt, sunt tanquam  
dispulsæ oues: pestiferis  
hereticis, veluti lupis rapacibus,  
relictæ: à valentissimis Tyrannis,  
tanquam à bestijs: lacerandę.  
Hæc datur merces erroris nostri,  
Pontifices: hoc etiam præmiū  
spretæ pacis vestræ, patris  
istorisq; cōmunis contempti hominibus  
tribuitur: vt bellū pro pace,  
Tyrannum pro rege, pestem  
deniq; pro salute ferant. vt  
ita, cum ordinatas à Deo potestates  
non ferimus: extra ordinarias  
feramus; quas nobis per  
hæretis

pro dignitate Sacerdotali,  
hæreticos obtrudit Sathan.

AT si vitę ipsius statum pro  
ponamus nobis ante oculos: id  
vnum omnes hæreses spectare,  
id velle, id cupere deprehende  
mus: vt sublato legitimo magis  
stratu, Tyranni existant: qui or  
dinatim agant nihil. hæc finis,  
hæc meta, atq; calx, ad quam de  
currant hæretici, est: vt nouas  
res, noua imperia, nouos domi  
nos semper habeamus. Respicio  
te tam illos veteres, quam hos  
Tyrannos nouos: omnes ex hæ  
resibus ad hominum pestem dia  
cetis profluxisse. Quis Græcor  
um ante Arrium Machometi  
nomen audiuit? quis cuncta in  
Græcia, Turcæ cuiates essent,  
qua ex gente, vel secta profecti,

Oratio Stanislai Orichouii

ante Macedonium, Ewtychetē,  
atq; Nestorium, vllō, vel literarū,  
vel sermonum iudicio percipit? nulla ex memoria veterū  
annalium hæc eruuntur monstra: hæreticis hisce Græcis, quos  
modo nominaui, hæc nos portenta referimus accepta. Perge  
nunc ab oriente ad occidentem, ac præteriens modo Bohemiam  
inspice, cui quæso tu illa Bohemica monstra, ex infimæ plebis  
nata fece, Siskas, Procopios, atq; Corandas seuissimos, atq; immanissimos generis, ac sanguinis  
proprii hostes, attribues: nisi Husio, ac Pragensi Hieronymo: cui Sertelos, ac Munzeros, fugitiuorum  
belli duces, in Germania adscribes, nisi Luthero, Carolo stadio, Philippo atq; Zuinglio: qui cum bel

pro dignitate sacerdotali.

eum bellum impium Romano  
inferrent Petro, hanc latronum  
manum effecerant: quæ opibus  
Romani imperij vix aliquando  
oppressa, perniciosum exemplū  
ad imitandum reliquit principi  
bus viris, supremæ potestatis cō-  
temnendæ. Si enim audebant ta-  
lia fures, quid non facerent do-  
mini armis, opibusq; præstantes?  
qui vt bellum Cæsari facerent,  
religione, causas belli prætex-  
bant: atq; hoc nomine Cæsarem  
ex Germania exterminabant.

Sed idem tamen in Anglia, M.  
Bucerus, Petrus Martyr, Petrus  
Viretus: idē in Heluecijs, Zuin-  
glius, Bulingerus, Calvinus, præ-  
clarum ediderunt impietatis sug-  
munus. his enim autoribus, atq;  
administris, dici hoc sine lachry

d s mis

Oratio Stanislai Orichouii  
nis non potest: hæ fortunatae  
quondam gentes, crudelissimos  
atq; immanissimos Tyrānos per  
tulerunt.

**H**ARUM gentium casus, atq;  
exitus, si reformidas o Polonia:  
earum etiam exempla exhorre-  
sce: & hos homines impios, qui  
te in eadem saxa latentia tor-  
quent, abs te reñce: quos nimiū  
amplecteris, & quos in sinu tuo,  
prohi dolor, gestare non vere-  
ris: ignara, quæ, & quanta illi ti-  
bi afflent venena: quibus sensim  
ac leniter intereas: vt horum ar-  
tificijs agitata, turbataq; aut ciui  
tuo: aut externo hosti seruias: &  
eius spretæ pacis poenas persola-  
uas, quam Christus in sacerdos  
tum ordine habitare; & te de ill-  
lorum

pro dignitate Sacerdotali.

horum manibus voluit expecta-  
 re. Neq; vero te sub his mortali-  
 bus subiectam esse pudeat: ad  
 quod te adhortantur pestiferi,  
 ac funesti doctores isti: quos vt  
 quamprimum pestem participa-  
 res parem, ex Heluetia nuper tibi  
 acciuiti. Num tu virgine ma-  
 tre castior? num angelis celsior?  
 num Martyribus beatis sancti-  
 or, aut melior es? quos tamen or-  
 do iste iudicabit vniuersos. Isti  
 inquam, quos coram adesse vi-  
 des: & qui in oculis, ac manibus  
 tuis habitant, hanc yniuersitatē  
 omnem iudicabunt. Horum ergo  
 tu, non infirmitatem, sed potes-  
 tatem considera: neq; qui sint,  
 sed quantum possint cogita. in  
 horum enim manibus sita est æ-  
 què vita, vt mors tua. Nam hi  
 soli,

p ap d  
 iudicabit  
 maria  
 am p al of  
 nta v by ref

Oratio Stanislai Orichouii

soli, vt ligant, ita te soluunt. non  
ista potestate ementita, qua Lu-  
therus, qua Zuinglius, qua Cal-  
uinus inflatus fuit, & crepuit: sed  
illa vera, atq; legitima, illis vero  
bis, huic ordini soli attributa.  
Accipite spiritum sanctum, quo-  
rum remiseritis peccata, remittū-  
tur eis: & quorum retinueritis,  
retenta sunt. Ad eos igitur con-  
uerte te quæso: ex eorum enim  
institutis, quasi ex Mirothecis  
quibusdam, cum omnis doctri-  
na salutaris, omnis disciplina, om-  
nis honesta vita sumi potest:  
tum salubritas tanta sacramen-  
torum, vt cum illa extra hunc  
ordinem possis sumere: tamen  
prodesse tibi non possint, nisi in  
huius ordinis fide permanes.  
Nam qui in horum autoritate  
acquies

pro dignitate Sacēdotali.

acquiescunt, soli sunt, quos diligit Deus: & quibus spiritum sanctum suum largitur. Ad hos ergo tam salutares vitæ magistros accede: ab his autem pestiferis recede: qui te ad eundem vitæ adigunt scopulum, ad quem Græciæ, ac Bohemiæ olim, nuper vero Germaniæ, atq; Angliæ, afflictam nauem vides: vt tu quoq; vera, atq; salutari repudiata fide, hanc illorum falsam, atq; noxiã recipias: quæ tibi magistratus, leges, mores, è vestigio eripiat, vt omnia simul amittas: quibus præsens salus, atq; rerum tuarū status continetur.

**QVO** ruis ô Diuum domus, & inclyta bello POLonia, quo inquam moritura ruis? aut  
ad quæ

Oratio Stanislai Orichouit

ad quæ te referuas: dum istas cy-  
sternas exiccatas, atq; arridas se-  
queris: & ex his opacis, atq; atris  
grandine nubibus salutare im-  
bres expectas? Si sitis, nihil hic  
nisi triste vipereum fel bibes,  
quo exanimere: Si esuris, nihil  
hic nisi inanes siliquas edes, qui-  
bus suffocere. vt ita tu victrix  
illa Walachia, domitrix Scy-  
thia, mors atq; terror Mosco-  
uia, pestisq; Turcia, veri fame,  
atq; siti exanimata, in ipsis regni  
tui penetralibus funditus concid-  
as. vt quæ olim bellicosissimis  
nationibus seruitutis iugum im-  
ponebas, nunc oblita tui, te ipse  
fugitiuis ex Italia, Germania, atq;  
Heluetia subdas nebulonibus. vt  
eos dominos habeas, quos, ne ser-  
uos quidem, illorum habere vo-  
luerunt

pro dignitate Sacerdotali.

Iuerunt ciuitates. Nihil ne te ma-  
iorum veteris gloriae pudet? ni-  
hil rerum abs te gestarum poe-  
nitet, neque piget? quociens Ober-  
tinos, Chocimos, Starodubos,  
Boristeneasque omnes, atque Meo-  
thidas paludes cogitas? ut inter  
tot egregia belli, tantaque imperij  
tui decora, volens ac lubens, in  
laqueos istos sacramentarios te  
induas, ac collum vltro inferas:  
ut captiua ducaris, ac serua sequa-  
ris, pestiferos istos, atque infelices  
superintendentes tuos, haud scio,  
quo Acheronte auaro ad tuam  
pestem excitatos: qui mentem  
tuam caeperunt, ac te infatuarunt  
mercede publica. quorum tibi  
tanta penuria fuit: ut Lismani-  
nus etiam Apostata, ac Stanca-  
rus Mantua fugitiuus, essent ti-  
bi ac

Oratio Stanislai Orichouii

bi accersendi. quorum alter te  
Arrianam sectam, alter vero Ne  
storianam doceret. Nam hæc  
crimina, illæ geminæ voragines,  
scopuliq; Reipub: nostræ inuis  
cem nunc obiectant sibi. Hos tu  
igitur vltro accerses, atq; ad te  
attrahes vltro: vt Maiestatem  
huius Regni minuant: vt Rem  
pub: extra ordinem gerant: vt  
Canones reformatorios nobis,  
si dñs placet, conscribant: quo  
rum Canonum apud Franciscū  
Stancarum illa summa est, vt in  
POLonia duos gladios habeas  
mus: quorum alterum Rex, al  
terum vero plebs pari cum po  
testate habeat. O tempora, o mo  
res, hūc furciferum ausū esse hæc  
verborum portenta in Poloniã  
edere, viuo Rege, atq; Senatu!

Sed

pro dignitate Sacerdotali.

**SED** quis istos misit? quis autem, ut ad nos doctum irent, iussit? qui non sunt missi, tanquam Aaron: sed quod fures decet, honorem hunc ultro sumpserunt sibi. quo per fallacias nos abducant, à veris pastoribus, atque curatoribus: quos liberator, atque servator noster Christus, ad nos misit legitima sedis Apostolicæ manu. Cui sedi soli, clavis tradita est scientiæ: qua liber aperitur ille clausus, qui doctis, propter claustra non patet: indoctis vero, quod literis carent, obscurus est. Quem sane librum, quoniã in eo salus sita est: ut, & literati legant: & illiterati audiant, clauiger, non solum aperiat, sed etiam perlegat, ille necesse est: cui soli est dictum: Tibi dabo cla-

e ues.

Oratio Stanislai Orichouii

ues. Et ne forte longo intervallo, hunc clauigerum cum clauibus abesse arbitremur: En præsto adest: en clauis nobis ostendat per hunc Legatū suum, summa dignitate, & potestate virū, quas etiam hic domi penes nos esse vult: in manibus huius Ioannis Prærembii, religionibus sacerdotij venerandi Archiepiscopi, atq; omnibus laudibus cumulatissimi viri: cui adiunguntur hæc luminaria regni. Hi inquam sanctissimi Episcopi, atq; sacerdotes cæteri publici: per quos nobis clauiger ille summus et librum hunc, & eius libri clauis porrigit, ac tendit. Horum ergo de manibus apertum librū hunc accipiamus: hos interpretes eius libri audiamus: vt his  
monis

pro dignitate Sacerdotall.

monitoribus, ad veros, atq; salu-  
tares pastores accedamus: à fal-  
sis autem, & noxijs recedamus.  
qui dum verbis Christum simu-  
lant, Machometum re vera vi-  
uunt, Machometo in Polonia  
seruiunt, Machometo lenocinā-  
tur, Machometum deniq; sub  
nomine CHRisti prædicant, ac  
nostris auribus inculcant. Quid  
enim, quæso, nunc docet in Ger-  
mania Bulingerus? quid Brenzi-  
us? quid Calvinus? quid in Po-  
lonia Lysmaninus, Stancarus, &  
infelicissimus ille Felix Scebre-  
sino fugitiuus: nisi Machome-  
tum, ac superstitionem Turca-  
rum, si rem, non ad verba, sed  
ad veritatem attingas: omnes is-  
ti præcursores sunt Machome-  
ti, atq; Turcarum laternarij.

Oratio Stanislai Orichouii

Turcas, Turcas inquam in gremio fouemus Pontifices, et in sinu gestamus nostro: quos nisi quamprimum excutimus, & abijcimus, aliorum populorum exitus pertimescamus: qui fidem, & sedem Petri olim violarunt. Quare, euigilate Patres, vere digito Dei conscripti, ob nostram salutem: & has nouas hæreses cum veteribus comparando, prouidete: ne vobis oscitantibus, dormitantibusq; (ô dñi immortales auertite, & detestamini, quæso, hoc omen) huius regni, aut commutetur, aut euertatur status.

ET quoniam Diuina fors quædam, in hac tanta tempestate, huc te ad nos Legatum misit, Berarde, Antistes optime, atq; amplius

pro dignitate Sacerdotali.

amplissime: erige te quæso, &  
iam nunc partes exerce tuas: legationemq; tuam, eò quamprimum confer: quò te præsens rerum nostrarum vocat status. Ita q; illud aggredere ocyus, vt in hoc clarissimo, imperiosoq; regno: pro eo ac iustus es: iacentia erigas, afflictã recrees, dubia cõfirmes, desperata sanes, ac domũ Dei, quẽ in hoc inuictõ populo, hæreticorum artificijs labefactã, iam inclinã: tanquam sapiens Architectus, redigas ad Canonẽ Ecclesiã veterem: quo cum reuocato, & vero huc te ad nos misit, dux ille Dominici gregis, pastor ouium Christi: ac communis omnium gentiũ pater, Pius quartus Papa Romanus, certissimus in terris Iesu Christi Vicarius.

e 3

cuius

Oratio Stanislai Orichouii

cuius illa summa sollicitudo nūc  
est: vt nos Poloni, atq; Sarmatae  
omnes caeteri, per te redigamur  
in obsequium Christi. Et quos  
nam partes suas te agere pastor  
ille summus in Polonia voluit:  
tota mente incumbe in hanc cus-  
ram: vt composita huius regni  
pace, vulnera quoq; per istos la-  
trones nobis imposita, sanes: ac  
nos coniunctos fidelissima gra-  
tia, in fide huius Romani Petri,  
cuius Legatus es, retineas. Nec  
vero de spe perficiendi: si quid  
pro salute huius regni caeperis,  
dubitare debes. Est nobis SIGI-  
SMUNDVS AVGVSTVS Rex iu-  
stissimus, & clementissimus, for-  
tis, magnanimus, grauis, ac seuer-  
rus, custos legum, propugnator  
religionum, ac vindex facinor-  
rum,

pro dignitate Sacerdotali,  
rum, atq; scelerum. Qui non alie  
enum Maiestate sua arbitrabitur:  
id pro salute populorum suorum  
exequi: quæ tu in hoc coetu,  
cum his clarissimis regni huius  
luminibus, Canonum præscripto  
censueris.

**T**Amet si autem tua legatio  
summam huius regni complectitur:  
tamē ne partes eius quoq;  
quæ maximopere laborant, tibi  
sunt negligendæ. Quod si quis  
est: qui in hoc regno fidem lega-  
tionis tuæ, atq; horum autoritas  
imploret: is ego sum: qui nullo  
iudicio, ob vllam hæresim con-  
uictus, neq; vnquam conuincen-  
dus, excommunicor, confiscor,  
proscribor, sententia inimicissimo  
mi, atq; infestissimi Episcopi, qui

e 4

dum

Melan-  
do  
lia et fesus  
de rebus in  
bonis Ep.

Oratio Stanislai Orichouii

dum animo morigeratur suo, omnium poenarum acerbitates, ad me euertendum, amplectitur: nec mecum agit, vt cum homine imprudentia lapsio: sed vt cum importunissimo sacrorum omnium hoste. Quo etiam nomine, ille me pro hæretico condemnauit: cum in omni mea vita, nullum, ne tenuissimum quidem crimen, illa poena dignum inueniret. En processus illius viri contra me: En mea appellatio: en mea confessio. nihil spero in his omnibus reperietis, tanta poena dignum: quam tamen mihi iudicem illum irrogare non potuit, contra leges omnes, atq; Canones veteres: qui sacerdotem maritum, sola abrogatione sacerdotij puniunt: idq; ad poenam  
fatis

pro dignitate Sacerdotali,  
satis esse arbitrantur: ne is ei al-  
tari seruiat, cuius honorem cum  
matrimonio partitur. Quod si  
quæ synodi sunt, quæ præter ab-  
rogationem sacerdotij grauio-  
res edunt pœnas: æ aut œcume-  
nicæ non sunt: sed sunt prouin-  
ciales quædam: quæ extra pro-  
uinciam suam prolate, nusquam  
valent. aut si à concilijs œcume-  
nicis non dissentiunt: de ijs utiq;  
sacerdotibus sententiam ferunt:  
qui sacerdotium cum matrimo-  
nio coniunxerunt. eo enim præ-  
postero, ac peruerso modo, si q;  
utroq; fungatur, delinquit in  
Canonem, qui id fieri vetat. Sed  
tamen ab hoc peccato, factum  
distat meum. Nam prius quàm  
uxorem duxissem, sacerdotium  
deposui; nec de pœna quicquam

*Origenius  
dicit ut utiq;  
no patitur*

Oratio Stanislai Orichouii

recusaui, quam mihi tum Eccles  
siæ Canon, tum imperialis lex ir  
rogabat: quæ iubet sacerdotem,  
cui connubij ius non esset, post  
nuptias pristino ciuilibus vitæ or  
dini, cum rebus suis omnibus res  
titui, vnde liquet mihi in hoc  
crimine, cum hæreticis nihil esse  
commune: quorum proprium  
est, sic peccare, vt peccati poenã  
recusent. At ego cum factum  
confitear, neq; eius facti poenam  
recusem, quam Canon, et lex præ  
scribit: Peto à vobis, vt ex hisce  
reintrusionis molestijs me alia  
quando liberetis: in quas, com  
plures annos solutus, ac liber cū  
essem, de integro sum coniectus:  
nulla præstituta mihi ad reintro  
dudendum die.

Reintru  
sio

Satis

pro dignitate Sacerdotali.

Satis diu iactatus sum Pontifices, satis etiam diu in miseris fui: liceat respirare aliquando: liceat cum vxore, ac liberis, id, quod reliquum est vitæ, in Ecclesia Romana tranquille, ac placide traducere: atq; inibi more maiorum Deum colere. Nolite pati me hinc tristem cum repulsa, ad meos domum reuerti. Etenim, si me contra diuinas, atq; humanas leges reintrusionibus istis vexare volueris, quid me fiet? aut quid Grecis, quidue Roxolanis meis respõdebo: de quorum gente maternum genus duco: apud quos sacerdos maritus non alia pœna, vt iam est demonstratum: quam sacerdotij abrogatione punitur. exhorrescent illi has nouas pœnas, & horrore perfusi

Oratio Stanislai Orichouii  
perfusi admirabuntur, vnde nam  
Latinis hæc lex obrepserit, vt  
preter aliarum Ecclesiarum mo-  
rem, grauiore multa sacerdotem  
maritum: quam fornicatorem  
puniant. vt id verum esse vide-  
atur, quod nonnulli dictitant: &  
quod in ore hominũ est. Papam  
habere suas leges, canonibus œ-  
cumenicis aduersas. hanc suspi-  
cionem in hac mea causa vos de-  
cet effugere, qui Antistes Eccle-  
siæ Catholicæ vos vultis perhi-  
beri.

*credibile  
est fabe*

DEinde, si me ob vxorem  
ductam ex Ecclesia Latina eie-  
ceritis, ad quam tandem Ecclesi-  
am mihi accedendum putetis:  
iam ego vos consulo. Neq; enim  
me nullius Ecclesiæ hominem,  
neq;

pro dignitate Sacerdotali.

neq; ex legem, præter cæteros  
mortales, decet viuere. Ego Ec-  
clesiam nouam nullam mihi fins-  
gam. omnes enim istas nouicias  
Synagogas, tanquam malignan-  
tium conuentus, peræquè detes-  
tor. Restat igitur, vt ex Eccle-  
sia Latina per summam iniuriã  
pulsus, ad sedem Constantinopo-  
litanam, materni generis iustitu-  
to, reuertar: cui sedi Chalcedo-  
nen Concilij decreto, Russiam  
sub barbariæ nomine video esse  
attributam. quæ Constantino-  
politana, inquam, sedes amplissi-  
ma, sanctissimãq; inter cæteras  
Patriarchales sedes quatuor: in  
Ecclesia Catholica semper est ha-  
bita. Quod si vos probatis, & si  
id vobis est cordi, res transacta  
est: fiet quod probatis. Sed ta-  
men

Oratio Stanislai Orichouit

men hoc in loco prouidete : ne  
hoc meo facto, exemploq; nouo,  
ritus in Russia lædatur, & con-  
temnatur Latinus. quod ne fie-  
ret, Florentinum Concilium cas-  
uet : mandatq; vt ritum quisq;  
in quo natus est, tueatur suum.  
Quare, moneo, prædico, ante de-  
nuncio, vt, si qui sunt, qui me  
hinc extorrem volunt esse : iam  
nunc prouideant animo: quo in-  
tendant, & quid mihi præscri-  
bant. Nolo hoc in loco multus  
esse: malo enim vos cum animis  
uestris hæc cogitare, q̄ silētio præ-  
tereo: quàm me in oratione mea  
ponere. Quod si quis contem-  
dat, vt vxore dimissa in Ecclesia  
Latina viuam: ò bone vir, actum  
est, aiunt, ne agas. hoc enim pec-  
catum esset, in virginem ciuem.  
Deinde

*Minuta  
fuv.*

pro dignitate sacerdotali.

Deinde fac id velle me, num in tanto sororis suæ discrimine, Chelmij, atq; Zarembij, duæ in Polonia gentes, stupidi obtumescunt: & à me pœnas ob tantum scelus, cum sanguine non reposcunt: si quid in data fide à me fractum, aut fuerit violatum. Quo minus ergo id ego faciam, fides obstat data: tum vxoris castitas: atq; liberorum susceptorum charitas. deniq; præsens mors non finit, non modo vt hoc ego velim, sed vt hoc cogitem quidem.

REstat ergo Pontifices, vt ad illud Mosaicum thus, atq; oleum, de quo supra vos admonui: hoc est, ad misericordiam, atq; beneficentiam vestram reuertamur, quæ duæ primariæ in  
Eccles

Oratio Stanislai Orichouii

Ecclesia CHRisti, excellentissimæque virtutes, ita penes Pium  
iii, Romanum Petrum, ad nostram salutem sunt nunc sitæ: vt  
illud thus, atque oleum ad expianda peccata apud Mosen fuerat  
olim situm. quinimmo, tãto hic noster, veluti alter Moses, illum  
veterem Mosen superat: quanto is possidet vniuersum coeli,  
terrarum, atque inferorum imperium: ac tanto etiam hic noster  
vincit, quanto CHRistus, ipso Mose: atque Ecclesia Christi, Mo-  
sis sinagoga maior est. Quapropter si Moses ille vetus, rebus om-  
nibus minor cum esset: Thus tamen, atque oleum suum non ne-  
gabat humano casu, afflictis: quãto magis hic noster nouus Mo-  
ses sanctissimus, atque omnium præstant

papa

pro dignitate Sacerdotali.

præstantissimus, misericordiam  
atq; beneficentiam in hoc errato  
meo poterit exercere? Cuius sus  
premæ potestati, nunc ego me,  
ac vitam meam, præterea, facta,  
dicta, ac scripta, postremo hanc  
præsentē Orationem meam: sub  
do atq; subijcio. vt huius excel  
lentissimi, atq; summi in Ecclesia  
Christi iudicis: omnia stent, ca  
dantq; nostra.

**QVI** vobis exorandus est,  
vt me ouiculam suam, in suum  
complexum properantem, beni  
gnus aspiciat: ac me ad se ouem  
recipiat redeuntem. non illam  
certè quidem, quæ volens, ac lu  
bens, pastoris contemptu, aber  
rauerat: sed quæ errore iuueni  
li imprudens, alienos per devia  
f                    secuta,

Oratio Stanislai Orichoum

secuta, pastoris sui vocem obau-  
diuerat: qui in spacio, atq; curri-  
culo beatæ vitæ, illi progredi,  
non autem regredi censebat.  
Hunc ergo pastorem summum,  
atq; diuinum, vt mihi cōcilietis,  
vestræ partes, vestrum opus est,  
Pontifices: hic actus restat in me  
vobis absoluendus: vt iñdem ad  
pud Pium iij, verum animarum  
nostrarum pastorem, mihi feras  
tis opem: qui spem tum dedistis:  
cum sententia huius Legati, opti-  
mi, atq; iustissimi viri, me hære-  
seos olim condemnatum, causa  
cognita liberum esse iussistis. Er-  
rit igitur humanitatis vestræ, in  
id operam dare: vt quemadmo-  
dum vos ipsius hæreseos crimē,  
ex autoritate in me Synodo in  
præsenti abolenistis: ita pastor  
quoq;

pro dignitate Sacerdotali,  
quoq; ille summus, id, quod de  
excommunicatiōe adhuc restat,  
pro potestate sua funditus extin-  
guat, atq; deleat: ac me, cum libe-  
ris meis viuere: atq; vxorem vti  
possideo, ita possidere iubeat: vti  
ē re mea, fideq; sua censuerit. vt  
ita Thure imbutus, atq; oleo lā-  
ticiæ à vobis perunctus, latus  
hinc domum ad meos reuertar:  
vobis, ac vestræ Latinæ Eccle-  
siæ seruiturus potius: quàm no-  
uos ritus, nouosq; pastores in  
Ecclesia Catholica quæsiturus.

QVAmobrem, peto à vo-  
bis Pontifices, vt mihi, ac rebus  
meis apud Sedem Apostolicam  
consultum esse velitis: causamq;  
hanc meam vxoriam, in præsen-  
ti Synodo cōstabiliatis: vt quod

Oratio Stanislai Orichouit

ab illo iudice turbatum, atq; afflic-  
tum olim in me fuit: id nunc  
misericordia, atq; beneficentia  
vestra reparetur. vt me hominē  
vobis coniunctissimum: vestra-  
rum rerum, uestrarum partium:  
his aliquando calamitatibus li-  
beretis. vt omnes intelligant, apud  
Episcopum illum mora  
tuum, inuidiæ fuisse lo-  
cum: apud vos  
verita-  
ti.

HABITA, atq; acta fuit hæc  
ORATIO, in audientia publi-  
ca, Warszauia in Prouinciali  
Regni Polonię Synodo: xiiij die  
Mensis Marcij. Anno Christi  
Dei nostri, 1 5 6 1.

Conclus

# CONCLVSIONES

CONTRA CVIVS QVE GE-  
neris Sacramentarios, passim ac vulgo  
à STanislao Orich: Rox: proposita, ad  
conuincendam partis aduersæ impietatem  
sacrilegam: & ipsis Regibus, atq; Re-  
gnis omnibus funestam.

☞ Ordo sacerdotalis est ordo  
Hierarchicus, à solo Christo ad  
ministerium Ecclesiasticum in-  
stitutus.

☞ Ordo prædictus caractere  
insignis, solus habet potestatem  
ligandi atq; soluendi.

☞ Hic ordo solus iudicat in iu-  
dicio lepræ atq; sanguinis vn-  
uersum laicalē statum, nullo au-  
tem modo ab illo iudicatur, quia  
primam sedem nemo iudicat.

☞ Iste ordo in Concilio legit-  
time congregato, non errat, neq;  
errare potest.

¶ Hic ordo hostiã offert suo ministerio pro peccatis nostris, id est, verum corpus & verum sanguinem, non in signo tantũ, sed etiam in signato.


¶ In hoc ordine Romanus Petrus, id autem est Pius iiii, Vicarius est Christi, successor Simonis Petri, Pastor pastorum, ac solus regni cœlorum Clauiger, primatum in Ecclesia tenens, plenitudinem potestatis habens, cui obedire, est de necessitate salutis.


*Quicumq; ab his Conclusionibus dissentit, neq; eis subscribit, quinimo eas impugnat, est notorius & ter maledictus hereticus, et ab omnibus CHRISTI fidelibus ueluti Anathema Maranatum uitandus.*

Ego STanislaus Orichonius Roxolanus ita assero uti supra scriptum est.  
*Manu propria sc̄at.*














101  
Sacerd  
Bip  
pro  
101